et expeditionis illius de bonis paternis et maternis postea accepta et in domum suam importata nec non aliam similem summam Mille florenorum pecuniae polonicae ratione certi veri iusti et liquidi dotalitii in et super tota et integra medietate omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum nunc habitarum et in post habendarum tum auri argenti clenodiorum monilium vestium vestimentorum equorum equires pecorum pecudum ac totius supellectilis domesticae quocunque nomine vocitatarum habitorum et habendorum dedit dotavit dotalitiavit inscripsit et reformavit prout praesentibus dat dotat dotalitiat inscribit et reformat praesentibus. Quam quidem medietatem omnium generaliter bonorum suorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum cum omni iure dominio et proprietate omnibusque et singulis dictae medietatis bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis attinentiisque et pertinentiis generaliter universis nullis penitus exceptis praefata consors sua habebit tenebit et possidebit illisque usufructuario iure ac more aliarum reformationum antiquitus in Regno Poloniae observari solitarum.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Quinta ante Festum Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistae Proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo

22/VI 1651

Fredro Fredrowi Redonat

Comparens personaliter coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemisliensibus Generosus Christophorus Iacobus de Pleszowice Fredro olim Generosi Martini de eadem Pleszowice Fredro, Subdapiferi Terrae Praemisliensis [filius] sanus mente et corpore existens A terrestribus Nobilibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedens Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis omnibus quoad hunc actum praesentis attinet totaliter et plenarie incorporans atque subiiciens palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse bona sua propria et paterna videlicet totas et integras villas Iernica et Wola Iernowska cum curiis et praediis ibidem.

[filius]

sita in Palatu Russiae terra vero Chelmensi iacens et consistens Cum omni eorundem bonorum Iure dominio proprietate et haereditate titulo haerrio omnibusque et singulis bonorum praefatorum Utilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis emolumentis obventionibus agris pratis campis silvis hortis quis rubetis nemoribus Vepretibus indaginibus stagnis lacubus piscinis molendinis fluviis fluminibus torrentibus rivis rivulis aquarum decursibus horreis holodiis atque aedificiis quibusvis ibidem sitis molendinis tabernis theloneis funalibus portalibus aggeralibus apisteriis apum mellificiis subditis Cmethonibus hortulanis inquilinis in iisdem bonis residentibus seu profugis et Ubivis locorum sese abscondentibus quorum repetendorum facultas infrascripto Resignatario suo concedit eorumque laboribus Censibus dationibus vecturis muniis obsequiis et officiis quibusvis attinentiis et pertinentiis bonorum praefatorum generaliter Universis Nihil ex omnibus iuris dominii et proprietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Regnte suisque Successoribus aut alio quopiam reservans seu excipiens sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra in nullo derogando bonorum prout eadem bona resignata ab antiquo distimitata sunt seque in suis metis et limitibus extendunt et protenduntur ac prout eadem ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat tenereque habere et possidere debuit eumque Chmetones cernebant ac eidem serviebant Jam ex nunc et de facto Generoso Andreae Maximiliano de eadem Pleszowice Fredro fratri suo patrueli eiusque posteris reddidit resignavit et titulo purae mere et irrevocabilis resignationis inscripsit et resignavit prout praesentibus reddidit resignat inscribit et resignat perpetuo et in Aevum In quae quidem bona praesentibus per se Regntem resignata et resignata praefatus Recognoscens Generosus Christophorus Jacobus Fredro eidem Generoso Andreae Fredro resignatario suo eiusque posteris ex nunc et de facto Coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem

pacecam

pacificamq possessionem per Mlem quemu competentem et Nobiles duos dici quacunq et quandocunq voluerit in fundo bonorum praefatorum Officio acceptari. Per ipsum Generosum Andream Fredro Reclonatarium suum eiusq posteros haec eadem bona reclonata cum universis utilitatibus et emolumentis beneficiisq quibusuis tenendi habendi et possidendi illis quiete et pacifice usufruendi ac ad usus suos suorumq successorum quosuis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi perpetuis et aeviternis temporibus vigore praesentis Inscriptionis reclonationis. Debetq et tenebitur praefatus Recognoscens Generosus Christophorus Jacobus Fredro prout se suosq successores in et super bonis suis generaliter omnibus pecuniariis quibusuis habitis et habendis eidem Generoso Andreae Fredro reclonatario suo inscribit et obligat praedicta ipsum et eius successores in dictis bonis praedictis reclonatis et nomine eorundem bonorum ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunq personarum cuiuscunq conditionis status et sexus existentium ex re persona e... ratione sui Regentis suorum successorum tantummodo et non ultra exoriunda. In omni Judicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tam in toto quam in parte per omnes gradationes Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestrem spectat et pertinet Generositatibus tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnemq cum pecuniis reddere. Nec non bona praefata praedicta reclonata ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eisdem bonis per se regentem modo quouis factis et faciendis tum etiam a quibusuis Generationibus super eadem bona impertitis et impetrandis lucris denique et perlucris ac processibus Juris quibusuis in quocunq puncto et gradu Juris dependentibus in quouis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac in eadem bona reclonatis perductis et perducendis evincere et eliberare mundaq et libera semper facere. Ac etiam Intromissionem praefatam Coram Officio praesentis admissam in fundo bonorum praefatorum praedictorum reclonatorum dum per Mlem et Nobiles Officio requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere et effectualiter dare et admittere dataq et admissa eandem possessionem et usumfructum praemissorum quouis modo tam per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas

personas non impedire nec adimere ipsumque Redonatarium
suum et eius successores in dictis bonis praedictis redonatis tam
in parte quam in toto non inquietari ita ut eadem bona praedicta
redonata idem Redonatarius suis cum posteris quie-
te et pacifice praedictae inscriptionis vigore tenere habere et possi-
dere queat Alioquin sub damnis Terrestribus simplici verbo
absque corporali Juramento taxandis per eundem Rec-
gatem Generosum Christophorum Fredro sive ipsius poste-
ros praefato Generoso Andreae Fredro redonatario su-
eiusque posteris ob non completionem praemissorum omnium
et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties
opus fuerit ad solvendum succumbent Pro quibus qui-
dem Damnis terrestribus simplici verbo absque corporali Ju-
ramento taxandis modo praemisso ad solvendum succumbent ac
pro re aliqua praesenti ex praemissis non completa com-
plenda citatus ex nunc memoratus Recognoscens Generosus Chri-
stophorus Jacobus Fredro sive eius posteri Ad instantiam
Generosi Andreae Maximiliani Fredro Redonatarii
sui vel eius successorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale
Premisliense ex tunc recessu suprascripto quo ad veniendum
spectat mediante semper in primo Actoris termino
tanquam peremptorio stare comparere respondere Da-
mna contracta terrena luere Inscriptioni praesenti satis-
facere ac omne iudicatum pati debebit et tene-
bitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat
Eundem primum peremptorium terminum et alios
omnes exinde consequentes ac eiusdem termini semper
peremptorios vera infirmitate pro maiori minori seu senii
tate successionum legationum intra vel extra Regnum servitio
militari ad Quietorem ad mandata vel aliis quibusvis
dilationibus et legatis impedimentis non differendo
Ad quietorem ultra praesens terminum Officii praefati
Castrensis Capitanealis Premisliensis dilationem sibi non recipi-
endo nullasque moras appellationes ac earum prose-
quutiones faciendo tum praemissa ac poenis simplicibus
vel triplicatis eo omnibus suspensionibus fatalis Juris
Proscriptione terrena bello Convocatione tum aliis quibus-
vis remediis et defensis non subterfugiendo
nec quovis modo evadendo Praesenti sua Inscri-
ptione ad praemissa omnia et singula mediante

Actum